1502. Ex Arch: Metr. Regni.

Dnni Missnensi per Dnum Posnanien. Episcopum legatio scripta, quam Domini Posnanien. et Siradien. Palatini approbant, si erit Missnam mittenda.

Illustrissime Dux. Serenissimus Dominus meus Poloniae rex etc. morem geren. postulationi Illustritatis Vestrae prout affini Chrmo. Dudum et excepisset Nuntios suae Illustritatis ad se mittendos, et carissimos habuisset, nisi actiones magnae et graves Magni Ducatus Lithuaniae suam Maiestatem occupassent. Itaque dignetur justas causas equo ferre animo, postquam vero sua maiestas, iam ab eis actionibus soluta sit et libera, expectabit libenter Nuntios tuae Illustritatis pro die literis Serenitatis suae designando, quoniam Maiestas sua hactenus tenent, utique in Lithuania legationibus Turcorum et Moscovitarum, properabit tamen maiestas sua in ~~Lithuaniam~~ Poloniam brevi redire, et inde significabit Maiestas sua tempus et locum pro nuntijs, quos et recipiet et audiet libenter, ut Affinis Chrmi, quia tamen per id temporis

aliquid

aliquæ perturbationes a Domino Magistro
Suboriuntur in gravamen subditorum Regiæ
Mttis, multaq Deferuntur ad regiam Mttem,
quomodo Dominus Magister non habita ratio-
ne Amicitiæ, quam Regia Maiestas Suæ
Dominationi exhibet aliqua molitetur contra
jura suæ Maiestatis, regnique sui, quæ forte
per leves Suggestores Suggeruntur Domino Magi-
stro, aliquibus Regia Majestas non credit, ali-
qua propter amicitiam tollerat. Affectat
tamen Maiestas Regia tuam Illustritatem
velit admovere Jure fraterno Dominum
Magistrum, ut ipse non præbeat occasio-
nem talium, utque tales a se repellat, quæ
perturbare possent amicitiam suæ Mttis
erga Dominum Magistrum, et sua maiestas
exhibet se vestræ Illustritati, et tandem
salvis Regni juribus, Domino Magistro
ad omnem benivolentiam, et amicitiam.